Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mis suae beatis habent prophetis; super fundamentum enim
apostolorum & prophetarum ecclesiam conlocant. quorum
testimoniis utentes fidem xpi confirmant. Caput autem
columnarum est ille opinor de quo dicit apls quia caput
uiri xps est. serras uero columnarum sociatas apostolicis dictis
sibi inuicem dicunt super iam diximus.
Tentoria quae tensulis assimilantur & circulis suspensis atq;
innexa funibus admodum cortinarum uiginti & octo
in longum atque in latum quattuor cubitis distendunt.
habetur reliquae credentium plebis. quae herent
& pendent in funibus fidei;. Funis enim triplex non
rumpitur quae est trinitatis fides. ex qua dependit
& per quam sustinetur omnis ecclesia. Uiginti & octo cubi
torum quod in longum distenditur. & in latum quattuor
atri uniusmensuram. puto quod in sexta lex euangelii
designatur. separantur pecunque numeris legem sig
nificare solet promulgatis separami numeris sacramentis.
quicum sociatur ad quattuor. quae septeni consequenter
uiginti & octo numerum faciunt.; Decem autem haec
atrica fiunt. ut integrum perfectionis numerum teneant.
& legis decalogum signent; lamuero cocci & hyacinti
ni & bissi ac purpurae species. multae ac diuersae
operam explicant. in de tentoria. in de uelum exterius
& interius. In de tonica sacerdotalis & pontificalis